

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3256

Auteur(s) : Robert II, Meulan (comte)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1166-1178]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert [IV], comte de Meulan et sire de Beaumont, renouvelle la donation de la dîme de la forêt de Brotonne et l'exemption de tout droit à Meulan sur le vin transporté par eau pour l'usage des moines et prend les mesures nécessaires pour que les religieux puissent user régulièrement de leurs droits.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 96, p. 162-163.

Dissertation critique

Datation proposée par F. LOT. L'acte est un peu postérieur au précédent auquel il fait amusion (LOT, p. 162, n. 1).

Texte établi d'après a

Omnibus in Christo fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit ego Robertus, iure hereditario comes Mellenti dominusque Bellomontis, salutem. Sciatis ex predecessorum meorum largicione monachos S. Wandregisili omnem decimam tocius forestae meae de Brotona habere et in perpetuam elemosinam possidere debere, scilicet de venditionibus, de rippis, de cineratoribus, de essartis ubicumque bladum venerit, de venatione ceruorum et aliarum ferarum, de apibus de forefacturis que de foresta exeunt, de vaccariis, equariis seu porcariis et de omnibus redditibus de Brotona exeuntibus. Sed et eisdem monachis apud Mellentum baccorum, et nauium suarum, ascendencium et descendencium, vina siue aliud ad usum monachorum portancium antecessores mei quitanciam concesserunt, quam libere concessi et confirmaui. Et ut monachi sancti Wandreg. omnem decimam tocius foreste de Brotona integre in perpetuum habeant, sicut in presenti carta prenominatam est, et ad rippas hominem suum habeant, decime custodem, qui de omnibus denariis ripparum et vendicionum ad me pertinentibus decimam recipiat et eis defferat. Cum vero custos foreste mee Broton. qui redditus meos receperit vel forestam ex precepto meo vendiderit ibi positus fuerit, ipse custos apud Vateuill. in presencia mea uel famulorum meorum abbati vel monachis fideiussores inueniet quod ipse de omni decima Broton. legitime et sine defraudacione eisdem monachis respondebit. Quod si legitime non fecerit, clamore audito, emendare noluerit, per famulos domini regis emendabitur. De molendivero meis de Brion. decimam ebdomadalem eisdem monachis in perpenis tuum concessi, et de captura mea piscium totam decimam apud Brion. Quod ut ratum teneatur et firmum, et ne ab aliquo heredum meorum quassetur, sigilli mei impressione confirmaui. Testibus : Ric[ardo] Bigoto, Galt[ero] de Brion. Rod[ulfo] de Frolladicuria, abbate de Botigne, Radulfo Paruo, Johanne de Joe, Will[elmo] de Borneruilla, Ric[ardo] filio Landrici, Erchemboldo preposito, Galeranno de Haya, Roberto Fabro.